IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 155r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



cium aaron
Propha describens pctm adoracionis vituli ait
Et fecerunt vitulum in oreb in absencia moysi qui ascende-
rat in montem ad dnm non tollerantes adorauerunt et immolauerunt
~~sculptili~~ uel conflatili sculptili
Et sic faciendo Mutauerunt glam suam i. deu qui erat
eorum gla in similitudinem comedentis fenu i. gloriam vituli
et honorem debitu deo attribuerunt non vero vitulo sed
simulachro vituli
Et sic obliti sunt deum qui saluauit eos ab egipcijs
qui fecit magnalia in egipto egipcios flagellando multi-
pliciter terribilia in terra cham i. in ea egipto terribilia
in mari rubro pharaone et exercitu eius submergendo
et mare diuidendo
Et ppter ista pcta dixit comminando ut disperderet eos
quia digni erant omis perire et disperdidisset si no moy-
ses electus eius stetisset in ofractione suis oronibus
impediendo ne disperderet eos
Stetit ergo moyses in ofractione Ut auerteret iram
eius ne disperderet eos et non tm pdicta mala fecerunt
sed etiam terram pmissionis desiderabilem fluentem lac
et mel qua dns eis pmiserat pnichilo habuerunt
Et ideo quia Non crediderunt verbo eius in quo pmiserat
eos introducere in terram illam quia reuersis exploratori-
bus suis cu nunciarent terram illam bonam esse homines
tam terre illius tales esse quorum vnus centu iudeos possit
occidere timuerunt et murmurauerunt in tabernaculis
suis dicentes queramus nobis ducem et reuertamur in egip-
tu melius enim ~~esset~~ est nobis adhuc esse in seruitute quam in
pugna istoru perire et non exaudierunt vocem dni qr dubi-
tauerunt de terra quam deus pmiserat eis
Et tunc eleuauit manu suam dns i. parauit se ad vin-
dictam faciendam sup eos ut psterneret eos in deserto